



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Punctum primum. Ex Conciliis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

hæc conciliabula non tenuerunt, ideo jure reprobantur. Verum opus non est, dixi, mi Domine in ulteriore modò campum progre di, quia sic salutatis & præfixus discursui nostro finis non impotetur. Quod voluisti videre, hoc vidisti ex actis primorum quatuor concilio rum. Quid ab iis agnitus sit velut Ecclesiæ caput & Petri quoad hoc Successor Romanus Pontifex. V. de his plura tit. de *Summo Pontifice* à pag. 185. Jam tria sequentia puncta & quoad fundamentalem de Christi in terris Vicario ac supremo controversiarum judice quæstionem & quoad cætera nos inter & vos controver la tibi consideranda relinquo.

## Punctum primum.

### *Ex Conciliis.*

Calvinus l. 4. Instit. c. 2. & in Epist. ad Sa dolet, fatetur: *Ecclesiam primis quinque sæculis in sua nativa puritate perseverasse.* Et licet sibi non constet, ut videbis infra, Sectarii tamen communiter ad 4tuor prima sæcula puritatem doctrinæ extendunt. Unde jam melius colligere potes? qualis primis tribus 4tuor vel quinque sæculis de primatu Sedis Romanæ doctrina fuerit Ecclesiæ, quam ex ipsis primis, 4tuor his sæculis, habitis conciliis. Jam ut ad alia quoque vobiscum controversa veniam. Can. 18. *Concilium Nicænum primum prohibet abusum, quem alicubi intellexerat irrepsisse,*

A a 6

quod

quod Diaconi porrigerent Presbyteris Communionem. Et addit sive prohibitionis rationem hanc, quod nec regula nec consuetudo tradiderit; ut ab his, qui potestatem non habent offerendi sacrificium, illi qui offerunt, Christi corpus accipiant. Si tunc ergo pura fuit doctrina de Eucharistia & sacrificio inchoamento in Ecclesia, an haec convenit mi bone Domine cum doctrina vestra & vestri antesignani? quod non corpus Christi sit in hostia, sed ejus tantum figura & sacrificium Missæ impium sit & idololatricum. Vos Calvinistæ & alii hujus temporis Sectarii repudiatis ordinem nostrum hierarchicum. Et tamen in eodem iam citato Canone Conc. Nicænum primum dicit: *Diaconos quidem Episcoporum Ministros esse, sed inferiores Presbyteris haberi.* Et sic perfectum facit discriminem inter Episcopos, Presbyteros, Diaconos, prout ex traditione Apostolorum iisque immediatè succedentium Episcoporum acceperat. Ecce pura doctrina Ecclesiæ primorum sæculorum ita à vestra discrepans ut lux à tenebris. Idem Conc. Can. 4. prescribit observanda in ordinatione Episcopi ut à Presbytero distincti. Concilia in sequentia pariter de Episcopis, Clericis, Monachis agunt. V. g. Concilium Chalcedonense Can. 25. statuit, quod Metropolitæ debeant facere ordinationes Episcoporum. Et Can. 9. agnoscit jurisdictionem Episcopi in Clericos, & vult, ut, si Clericus, Presbyter, Diaconus, &c. negotium habeat contra Clericum, id agit apud proprium Episcopum. Can. 2. & 6. agit de

de ordinatione Presbyteri ab Episcopo facienda.  
Can. 3. 4. 5. 7. 8. diversa præscribit circa Epi-  
scopos, Clericos, Monachos. Can. 16. decer-  
nit: *Siqua Virgo se dedit a veritatem Deo similiter & Monachus, non licere eis nubere. Si vero inventi fuerint hoc facientes, maneat excommunicatio.* Ecce pura doctrina primorum sæculorum! ecce  
natale bonum pro Lutherò excusulato Mona-  
cho pariter moniale ad sacrilegas huptias se-  
ducente, & pro Sectariis omnibus; quod  
veros non habeant Sacerdotes utpote non  
consecratos ab Episcopis. Can. 24. idem Con-  
cilium sic ait: *Qua semel consecrata fuerint mo-  
nasteria cum iudicio sui Episcopi, maneat perpe-  
tuò monasteria. Et res ad ea pertinentes conser-  
vari ipsis monasteriis decrevimus, nec ulterius  
posse ea fieri secularia habitacula. Qui vero per-  
miserint hac fieri, subjaceant condemnationibus,  
que per canones constitutæ sunt.* Ecce iterum cir-  
ca religiosos consilia Evangelica sectantes pu-  
tam primorum sæculorum doctrinam. Ecce  
natale pro Calvinistis dicentibus hæc venire à  
Demone. Et pro Lutherò, cuius Evangelium  
dicebat, ut moniales nondum aut vix quadra-  
genarie adeoque adhuc proliferæ viros duce-  
rent juxta illud Scripti. *Crescite, & multiplicami-*  
*n.* Et ut Principes monasteria, Episcopatus eo-  
rumque redditus ad se raperent. Qua methodo,  
in crassa sæculi sui ignorantia & ignavo tempore,  
hæsiarcha hic pro dolor multis à recta fidei  
semita Principes & religiosos abduxit, & suæ ac  
in sequentis Calvini, Zwinglii, &c. Sectæ vires

ac robur addidit. Clamat porcini hocum aſſeclæ usque modò, quod quivis uxoriis amplexiſ bus frui debeant, & ut alibi in hoc libello ostendi, blasphemant, quod usque adeo Apostoli muſius Apostolicum prosequentes à maritalibus amplexibus ac copulis non abſtinuerint, adeoque ipſi, ſcilicet Domini Prædicutii, iuſtant Apostolorum doctrinæ. O obſcena & fōrdida capita! Calvinus & alii vestri anteligionarii fassi ſunt, in primis & tuot ſæculis fuiffe putati in Ecclesia doctrinam. Jam videte, quid primum Concilium generale Nicænum circa hæc statuerit, & non tantum nuptias personis Deo dicatis prohibuetit, ſed & vetuerit cohabitatiōnem cum inuiliere. Canonis tertii hæc ſunt formalia: *Statuit per omnia magna Synodus. Non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, nec alicui omnino, qui in clero eſt, licere ſubintroductam, hoc eſt cohabitantem habere mulierem, niſi foriē aut matrem, aut ſororem, aut amitam.* hoc eſt personas tales, quæ ſuſpicionem carnaлиſiſiſtii effugerent. Et hinc S. Augustinus nequidem voluit cohabitare ſibi ſororem. Cām, licet circa eam ſuſpicio non cadat, cadere tamen poſſit circa eas mulieres, quæ ſororem ſuam inviſerent. Cūm hæc & plura alia inculcarem Dominō ſuprā laudato, ſubriſit nonnihil, iuuenſ famam vulgare ſatis. Quale aliqui ſive Episcopi ſive Clerici conſortium haberent cum mulieribus. Sed respondi hīc non agi de malis factis ſimilium particularium hominum, ſed de doctrina vera & pura Ecclesiæ, quam fuiffe pri-

mis & tuor sæculis Calvinus fateretur. Adeoque  
benè consideraret; an illa converteat cum do-  
ctrina Calvini, Lutheti, &c. Vide plura huc fa-  
cientia in libello hoc titulo: *De Episcopis reli-  
giis, &c.*

Punctum secundum:

Ex SS. Patribus:

Calvinus lib. 1. Institut. c. 13. §. 29. de Au-  
gustino dicit, quod is sedulò excusserit  
omnium se antiquiorum scripta. In Epist. ad  
Regem Franciæ plus decies eum nominat *virum*  
*sanctum*. L. 3. Institut. c. 2. §. 35. eum *Syndus*  
*Scripturæ* nominat. Ibidem c. 3. §. 10. dicit:  
quod unus Augustinus sufficere debeat in iis,  
quæ veteres senserint. Quia fideliter magnâ-  
que diligentia omnium sententias collegit.  
Adeoque ex eo sumendum sit, si quid de sensu  
antiquitatis habere NB. certi voluius. Lib. 4.  
c. 14. §. 26. dicit: quod eum ut optimum ex  
tota antiquitate & fidelissimum testem sæpè ci-  
tet. Alibi eum Coriphæum & Principem The-  
ologorum nominat. Jam vide mi Domine,  
quomodo se proprio reti suo irretiat Calvinus.  
Evidem non inferior, quod aliquos Augustini  
textus à rei, quam is tractabat ex professo, serie  
avulso Calvinus in speciem sibi faventes addu-  
cat, dum v.g. de libertate hominis Deique gra-  
tia agitur. Et cum hoc satum ipsa Scriptura sa-  
cra subire debeat, cujus textus aliquos in spe-  
ciem